

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2565

Auteur(s) : Innocent IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1254, 11 février

Lieu d'émission : Latran

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Bulle d'Innocent IV par laquelle il défend aux commissaires délégués ou exécuteurs de ses ordres et décrets, et même aux Légats, de prononcer de sentence d'excommunication contre l'abbaye de Marmoutier, les prieurés en dépendants, ni contre les religieux de ladite abbaye et ses membres. (Vidimus devant l'official de Tours, 1332)

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3^e série, 2), 1894, n° 49, p. 65-66.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, Officialis Curie Cenomanensis salutem in Domino. Noveritis nos vidisse et diligenter inspexisse de verbo ad verbum quasdam litteras vera bulla plumbea, more curie romane, bullatas, ut primo apparebat, non cancellatas, non abolitas, non abrasas, nec in aliqua sui parte viciatas, sed omni suspicione carentes. Quarum tenor talis est : Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dictis filiis abbatii et conventui Majoris Monasterii Turonensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice Sedis benignitas sincere obsequentium vota fidelium amore benevolo prosequi consuevit et personas illorum quos in sua devocione promptos invenit et ferventes, quibusdam titulis decencius decorare. Ut igitur ex speciali devotione, quam ad Nos et Romanam ecclesiam habere noscimini, et etiam obtenu dilecti filii Guillelmi magistri scolarum Parmensium, Sancte Romane ecclesie vice cancellarii, qui vos et monasterium vestrum affectione plena prosequitur, sentiatis vobis favorem apostolicum non modice accrevisse, auctoritate vobis presenciarum indulgemus ut nullus delegatus vel subdelegatus, executor aut eciam conservator auctoritate litterarum apostolice sedis vel legatorum ipsius in vos vel aliquem vestrum, seu monasterium vestrum, et prioratum ad id monasterium pertinentem eorumque personas, excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam promulgare, aut interdicere vobis vel personis eorumdem prioratum ingressum ecclesie valeat, absque speciali mandato Sedis ejusdem, faciente de hac indulgentia ejusque toto tenore de verbo ad verbum plenam mencionem, et si in eisdem litteris contineatur expresse ut aliqua ipsius Sedis indulgencia, cuius tenorem in eis totaliter inseri opporteat, non obsistat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere, vel ei, ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Laterani, in idibus februarii, pontificatus nostri anno undecimo. Quod autem vidimus testamur. Datum

teste sigillo curie Turonensis die Sabati ante festum beati Bartholomei anno Domini M CCC tricesimo secundo. J.
PAUMIER. Facta est collatio per me J. Paumier et Steph. Guillon, clericum.